



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij
Francisci Lamberti Auenionensis**

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

Pars Qvarta. Quarto, ostenditur, quòd fuerint misericordiam consecuti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

FRANC. LAMB. IN IONAM

uerbi ministerium adsumpti sunt, idem facerent, hoc est, si mulcum fide, opera uere bona inculcarent. **S**i quidem non nulli sic fidei sermonem docent, ut operum seu fructuum eius obliuisci uideantur. **N**unquam enim absq; fructibus suis est ipsa fides. **A**lij autem sic opera magnificant, ut fidelia uideantur: quasi omne cibus quod non fit ex fide, peccatum minime sit. **R**o. 14. **Q**uicquid non fit ex fide, peccatum est. **V**trinque uero est error. **P**roinde, neque fides absq; operum uere bonorum fructibus neque ipsa opera, absque fide sunt praedicanda. **C**aeterum hic de **N**iniuitarum conversione locus, a liberi arbitrij ac meritorum assertoribus, pro sua impietatis probatione adsumitur, sed uere contra naturam textus. **I**ndubie enim hi soli ex **N**iniuitis Deo placuerunt, qui in suorum operum diffidentia, in solius autem **D**omini fiducia, conuersi sunt, & ieiunarunt: alioqui non conuersi, sed auersi fuissent. **T**ribus namque aliiquid propriis uiribus, quod est conuerti ad se, non ad **D**ominum: immo auersio est a **D**omino. **A**t de his plene tractauimus, libello, de arbitrio hominis uere captiuo, quod sub quartu*s* o*pe* caput scripsimus.

Summa: **B**enefecerunt **N**iniuitae ieiunantes, cilicij & faccis utentes: uerum, si haec non fecissent ex fide, abominationes fuissent coram **D**omino. **P**lacuerunt ergo **D**omino, hec opera, non propter se, sed propter fidem. **H**unc dicitur **N**ier. 5. **O**culi tui **D**omine respiquant fidem. **V**nde & subdit:

P A R S Q U A R T A.

Et uis-

COM MENTAR. CAPVT III. 125

Et quidit **D E V S** opera eorum,
quia conuersi sunt de via sua
mala. **E**t misertus est deus
super malitiam , quam
locutus fuerat, ut face
ret eis, & non
fecit.

Locis compluribus diximus , quod in arcanis literis ,
Deus aliquid uidere & audire dicitur , cum sibi pla-
cet aut displicet, idque facto ostendit . **H**unc de **N**ini-
uitus hic habetur, quod eorum opera **D**eus uidet . **C**on-
uersi enim erant, a via sua mala, quod illi placuit, & facto
ostendit . **N**imirum misertus est eorum, super malicia,
id est, indignatione, quam aduersum eos **P**rophetæ mini-
sterio fuerat locutus . **M**itigauit namque iram suam, &
non fecit, quod fuerat comminatus : **A**liter hic est huius
loci sensus, & idem facilior . **M**ox uti **D**eus uidet eos con-
uersos, nō adimplevit quod illis fuerat cōminatus . **Q**uod
sic intelligere necesse est, ut **D**eum mutatum nullatenus
putes . **A**b eterno siquidem, omnia prædefinita erant,
nempe & quod illis communaretur, & quod ipsi sui spi-
ritus illustratione conuerterentur .

C A P V T Q U A R T V M .

Q u o d **S**ummus